


semper laus eius in ore meo.
In dño laudabitur anima
mea. audiant mansueti
& lętentur.
Magnificate dnm mecum.
& exaltemus nomen eius
in idipsum.
Exquisiui dnm et exaudi
uit me. & ex omnibus tri
bulationibus meis
eripuit me.
Accedite ad eum & illuminа
mini. & facies uestrae
non confundentur.
Iste pauper clamauit & dns
exaudiuit eum. & de
omnibus tribulationibus
eius saluauit eum.
Immittet angelus dni in
circuitu timentium eum.
& eripiet eos.
Gustate & uidete quoniam suа
uis est dns. beatus uir
qui sperat in eo.
Timete dnm omnes
sci eius. quoniam non est
inopia timentibus eum.
Diuites eguerunt & esurierunt.
inquirentes autem dnm non
minuentur omni bono.
Uenite filii audite me. timorem
dni docebo uos.
Quis est homo qui uult uitam.
diligit dies uidere bonos.
Prohibe linguam tuam a malo.
& labia tua ne loquantur dolum.
Diuerte a malo & fac bonum.
inquire pacem & persequere eam.
Oculi dni super iustos. & aures
eius in preces eorum.
Uultus autem dni super facien
tes mala. ut perdat de terra
memoriam eorum.
Clamauerunt iusti: & dns exaudiuit eos: & ex omnibus
tribulationibus eorum
liberauit eos.
Iuxta est dns his qui tribulato
sunt corde. & humiles spu
saluabit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Staatsbibliothek
zu Berlin
Preußischer Kulturbesitz
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Staatsbibliothek zu Berlin – Preußischer Kulturbesitz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbb-pk_mstheol-lat-fol-58/0053